



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XXI. De querimonia inter presbyterum & laicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
CHRISTE
895.

confitemur, credimus & confirmamus, ne vllus sine commixtione vini & aquæ myſteria ſacra conficiat, ſed vt duæ partes ſint vini: quia maior eſt maieſtas ſanguinis Chriſti, quam fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

XX.

Si quis irreuerens, timorem Domini poſtponens, in ſervos eius ſæuire præſumpſerit, quos ipſe præ ceteris peculiari ſingularitate ſibi ſegregavit, & coronæ ſuæ ſimilitudinem, tradente apoſtolorum principe, geſtare fecit, & ſervos ſuos dici & eſſe voluit, ſortemque illorum ſe conſtituit, ſicut de eis ſcriptum eſt, loquente ipſo Domino: *Ego hereditas eorum.* 1. Petr. 2. Num. 18.
Dominus hereditas mea eſt: Si quis, vt diximus, vllum eorum, quocumque ordine conſecratum, cæſis vulneribus, vel quibuſcumque iniuriis anguſtauerit, iubeat eum dominus epiſcopus per bannum a ſe impoſitū ante ſe venire, & aduocet cognitorem & adiutorem comitem, & conſtringat proteruum epiſcopus auctoritate canonica: vt eidem clerico, cui contra diuinas & humanas leges contumelias ingeſſit, iuſtam & debitam perſoluat compositionem: & comite agente perſoluat bannum regibus debitum. Si vero agente proteruia venire contempſerit, iuſtitiaque conſentire detrectauerit, agantur ſuper eum omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt in ſecundo & tertio capitulo, niſi iterum veniat, & iuſtitia concordet.

XXI.

Si quis preſbyter contra laicum, vel laicus contra preſbyterum, aliquam habet querimoniæ con-

1. quæſt. 4.
Si quis pre-
sbyter.

Concil. Tom. 24.

Nnnn

trouerſiam, epifcopo * regente ſine perſonarum ac-
ceptione finiatur, & laicus * præiuramento, ſi ne-
ceſſe ſit, * conſtringatur: preſbyter vero vice * præ-
iuramenti, per ſanctam conſecrationem interro-
getur; quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare non de-
bent. Manus enim, per quam corpus & ſanguis
Chriſti conficitur, iuramento polluetur? abſit,
cum Dominus in euangelio diſcipulis ſuis, quo-
rum vicem nos indigni in ſancta gerimus eccleſia,
dicat: *Nolite omnino iurare, ſit autem ſermo veſter, Eſt,*
eſt, Non, non: quod autem his abundantius eſt, a malo
eſt. Non dixit, Quod amplius eſt, malum eſt, ſed
a malo, id eſt, a malo homine, de cuius increduli-
tate cogimur iurare. Vt enim in quadam homilia
B. Bedæ preſbyteri legimus, ſi forte nos incautius
iuraſſe contigerit, quod ſcilicet obſeruatum peio-
rem vergat in exitum, libere illud mutandum no-
uerimus ſalubriori conſilio.

Matth. 5.

XXII.

Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine
aut infamia deputatur, vtatur iure, iuramento ſe ex-
cuſare. Si vero tanto talique crimine publicatur, vt
criminofus a populo ſuſpicetur, & propterea ſuper-
iuret, aut confiteatur & pœniteat, aut epifcopo
vel ſuo miſſo diſcutiente, per ignem candenti ferro
caute examinetur. Deus omnipotēs, cum omnia nu-
da & aperta ſint oculis eius, vt in epiſtola Euarifti pa-
pæ ſcriptum legimus, quo nos a dubiis & incogni-
tis ſententiam proferre compeſceret, mala Sodo-
mæ noluit audita iudicare, priuſquam manifeſte
agnosceret quæ dicebantur; vnde ipſe ait: *Deſcen-*

Gen. 18.

ANNO
CHRISTI
895.
* perci-
piente
* per iu-
ramen-
tum,
* ſc ex-
purgat
* iura-
menti,